

Hic est panis, qui de cælo descendit, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur. Quod qui dem manifestum est, non intelligi de morte corporali, ergo intelligitur, quod hoc Sacra mentum præseruet à morte spirituali, quæ est peccatum. Et Psal. 103. Panis cor hominis confirmat. Et Chrysostomus Hom. 45. in Ioannem. Ut Leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedamus terribiles effecti Diable. S. Thom. 3. p. q. 79. art. 6. Depellit enim Christus, & sua presentia frigat tentationes Demonum, qui fugiunt Christum presentem, & Angelorum societatem, qui Christum hic cōmittiātur; & arcet Demones, ne tentatione incitent ad peccati mortem. Et experimento patet, eos qui frequenter, ac deuotè communicāt, facilē pro Dei benignitate perseverare in vita, & sanitate animæ. Ob id enim Eucharistie Sacramentum dicitur. Panis virtus quia de se conservat vitam, & perseverantem sanitatem animæ, & reparat vires quas calor noxij formitis debilitat. Ut Elias 3. Reg. 19. virtute typici panis perseverauit in longa via, vsq; ad montem Dei, & lignum virtus preseruabat à corruptione. Hoc idem confirmabit Parochus diabus potissimum figu-

ris